cum Boamundo et Tancredo comiti-
bus, et Robertus Trescione inclytus
comes Flandriæ, simul etiam comes
Stephanus fortissimus, preterea Eu-
statius et Gottefredus atque Baldui-
nus, nobilissimi comites et bella-
tores incliti. Quorum unus nomi-
ne Gottefredus rex Jerosolimis per
Dei gratiam electus est ab omnibus.
Cui successit frater eius Balduinus,
Christi miles strenuissimus. Cuius
ingenio et virtute paganorum ur-
bes captæ sunt quamplurimæ, et
quamplures factæ sunt sibi tribu-
tariæ.

frādrie der Strich über dem a vom korrector

¶ Anno vero Dominicæ incarnationis
MCXII ~~millesimo centesimo duodecimo~~ rex
Henricus IIII ~~IV~~. cum ingenti exercitu
venit in Italiam in Longobardi-
am non vi sed fraude destruendo
urbem Novariam, item et in Tus-
cia civitatem Aretinam. Multis
autem ~~promissis~~ premisis obsi-
dibus domino papæ Paschali II. ~~secundo~~
sibique factis etiam apud Sutrium
in presentia cardinalium multis
securitatibus ad gradus ecclesiæ beati
Petri apostolorum principis ob

Dei gloriam

¶ Rot aber [illegible]

Rex

p̄

a dn̄o pp̄

aptōꝝ